# PROF. HERMANN CONRING

| | |
|---|---|
| Fakultät | Medizinische Fakultät |
| Geboren | 1606 in Norden/ Ostfriesland |
| Gestorben | 1681 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. Prof. d. Naturphilosophie und Rhethorik in Helmstedt (1632–1637); Med. Prof. in Helmstedt (1637–1681); Phil. Prof. d. Politik in Helmstedt (1655–1681); |
| Ehefrauen | Anna M. Conring geborene Stucke, Heirat 1636 |
| Porträt | HAB: A 3927\|A 393, \|A 393\|\|A 3932\|A 3929\|A 3928 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 54 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/11852190X |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-47-conring |

### Lehrstühle

1632–1637 Lehrstuhl für Naturphilosophie / Rhetorik, Helmstedt

1637–1681 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1655–1681 Lehrstuhl für Politik, Helmstedt

### Ämter

1649–1650: Geheimer Rat

1649–1650: Leibarzt f. Fürstin Juliane v. Friesland

1650–1661: Leibarzt d. schwedischen Königin

1661–1669: Braunschweig-Lüneburg, Rat

### Vorlesungen (146)

Hermannvs Conringivs D. nobiliores quasq; physiologicas tractationes hoc semestri, volente Deo, expediet, quo possit rectius inde ad simplicium medicamentorum doctrinam redire. Daturus interim etiam omnem est operam, uti humano aliquo cadavere in medium prolato, partium omnium historiam iterum oculis subjicere, simlque ea quei isthuc pertinent, possit explicare. Docet hora nono matutina., Sommersemester 1639

Hermannvs Conringivs D. & Acad. Iuliae hodie Prorector dabit opera, ut integra de Thoracis partium cum natura tum morbis corumq; curatione doctrina, qua praelegendo qua disputando auditorib. publice proponatur., Sommersemester 1640

[...] Haud negliget etiam Anatomica exercitia, ubi cadaver nactus fuerit. [...], Sommersemester 1640

[...] Tractatus duos , alterum de calido innato, alterum de caussis habitus Germanicorum corporum antiqui ac novi, propediem publicabit. [...], Sommersemester 1640

[...] Domi differet de republica Germanica., Sommersemester 1640

Hermannvs Conringivs Philos. ac Med. D. Artem medicam iterum auspicatur, ejus naturam constitutionem optimamq; tradendi & faciendi rationem nunc docens. Quam operam physiologica doctrina subsequetur. [...], Wintersemester 1641/1642

[...] Idem anatomica exercitia quo poterit studio instituet: & publicis disputationibus quod deest tractatui de sanguinis generatione & motu naturali, brevi adjiciet. [...], Wintersemester 1641/1642

[...] Nunc porro & subcisivis horis domi suae historiam superiorum temporum enarrat., Wintersemester 1641/1642

Hermannvs Conringivs D. absoluto tractatu de sanguinis generatione, quod futurum propediem, ad alias partes physiologiae perget, ita tamen ut simul naturam morborum plerorumque auditores queant discere. [...], Wintersemester 1642/1643

[...] Instituet etiam anatomen humani cadaveris si quod poterit nancisci; sin, ejus loco animalia viva, mortua, omnis generis diffecta exhibebit spectanda, quomodo & superiore aestate fecit., Wintersemester 1642/1643

Hermannvs Conringivs D. ubi absolverit quod reliquum est Institutionum Medicarum (fiet autem illud propediem) acturus est de partium ventris inferioris usu & morbis: idque omne publicis disputationibus hoc proximo semestri, Deo volente, simul exponet. [...], Wintersemester 1643/1644

[...] Anatomica quoq. curabit si non in humano cadavere faltim in brutis. [...], Wintersemester 1643/1644

[...] Edet quoq. tractatum de Imperio Romano-Germanorum., Wintersemester 1643/1644

[...] Domi differet de republica Germanica., Wintersemester 1644/1645

[...] Haud negliget etiam Anatomica exercitia, ubi cadaver nactus fuerit. Tractatus duos, alterum de calido innato, alterum de caussis habitus Germanicorum corporum antiqui ac novi, propediem publicabit. [...], Wintersemester 1644/1645

Hermannvs Conringivs D. & Acad. Iuliae hodie Prorector dabit opera, ut integra de Thoracis partium cum natura tum morbis eorumq. curatione doctrina, qua praelegendo qua disputando auditorib. publice proponatur. [...], Wintersemester 1644/1645

Hermannvs Conringivs D. Finitis exercitijs Anatomicis, aget de doctrina plantarum, pergetq. in enarrando publicandoq; libro de calido innato. Edet etiam alia cum medici tum politici argumenti., Sommersemester 1646

Hermannvs Conringivs D. ubi absolvit expositionem libri abs. sese editi de Igne animali, [...] , Sommersemester 1647

[...] exercebit auditores in morbis inferioris ventris quemadmodum superiore bruma eosdem in morbis thoracis exercuit. [...] , Sommersemester 1647

[...] Edet quoque propedeiem libellum de Aquis hornhusanis; & alium de Scorbuto., Sommersemester 1647

Hermannus Conringius D. hactenus explicavit loca, qua in Medicina sua Hermetica forte Studiosis videri poterant abscuriora., Wintersemester 1648/1649

Hermannvs Conringivs D. absolvet quod reliquum est EXaminis Hermethicae medicinae deinde ad alia progredietur., Sommersemester 1650

Hermannus Conringius D. explicabit naturam & affectus Thoracis: simul quod est reliquum doctrinae de republica Imperij Germanici deque civili prudentia addet; omnia haec praeterea exercitationibus publicis, quoad licet, illustrabit., Sommersemester 1652

[...] simulque commissam sibi Politicam doctrinam proponet., Wintersemester 1652/1653

Hermannvs Conringivs perget in explicanda natura omnium morborum: [...], Wintersemester 1652/1653

Hermannus Conringius D. quantum per labores publicos Politicos sibi injunctos licebit, docebit

naturam & causas affectuum pectoris praeter naturam., Sommersemester 1653

Hermannvs Conringivs D. dabit operam ut edita Introductione in Artem Medicam quae sub praelo est, ante omnia studiosi Medicinae doceantur quemadmodum debeant ad accuratam morborum cognitionem pervenire, simulque seorsim accipiant notitiam morborum pectoris. [...], Sommersemester 1654

[...] Idem dissertabit publice de Regnorum differentijs, ortu, interitu tum ex nostro praecipue aevo, quod horum perquam illustrium magnam suggerit copiam petitis: Librum de civili prudentia absolvet, & Politicorum Aristotelis novam editionem cum indicio lacunarum Graece ac Latine accurabit., Sommersemester 1654

Hermannus Conringius praeter Artis Medicae studia habebit quoq; rationem suae professionis Politicae, ac proinde initio absolvet publicis dissertationibus, illa quae supersunt docenda simulque ejus argumenti librum De civili prudentia propediem divulgabit. Inde quamprimum licuerit doctrinam de Regnorum differentijs ortu interitu & conservatione perficiet: & incipiet novam editonem operis Politici Aristotelici adornare. [...], Sommersemester 1655

[...] Horis quoque succisivis privatim percurret succincta enarratione & explicatione libros suos de Finibus Imperij Germanici., Sommersemester 1655

Hermannus Conringius D. Medicas & Politicas lectiones pro ratione temporis ita moderabitur, ut, utrique studio opera sua defit. Et quidem simulac absolverit doctrinam Politices, in qua nunc occupatur, differet publice de affectibus Thoracis., Sommersemester 1655

[...] Domi vero exponet quae pertinent ad notitiam Finium Imperij Germanici: ut deinceps queat proponere justo cum auditorum fructu quae reliqua faciunt ad Rempublicam ejusdem Imperij Germanici: quae doctrina vulgo, perperam tamen, Iuris publici nomine audit., Sommersemester 1656

Hermannvs Conringivs D. si licuerit per labores Politicos, quos absolvere interest juventutis Academicae, horis ordinarijs docebit : sin minus, Thesibus tamen publico examini subjectis, hanc Artis Medicae partem pro virili illustrabit., Sommersemester 1656

Herman. Conringivs pertexet quae supersunt docenda de Regnorum conservatione & emendatione. Mox dissertabit de recta demonstrandi ratione, qua in deliberationibus Politicis, & omni Legum latione, ut & Legum civilium examine est utendum: addetq; nona de Optimis civilis prudentiae scriptoribus. [...], Sommersemester 1656

[...] Domi etiam suae persequetur quas incepit dissertationes de Republica Imperij Germanici, secutus filum Lampadianum., Wintersemester 1656/1657

Herman. Conringivs perget in absolvenda doctrina de Regno: & dein Aristotelis Politica interpretabitur. [...], Wintersemester 1656/1657

Hermannvs Conringivs D. perget in proponenda examini publico Hermetica Medicina: & mox subjunget doctrinam de morborum causis in genere & specie, per succinctas theses., Wintersemester 1656/1657

Hermannvs Conringivs quemadmodum cepit interpretabitur publice Libros Politicos Aristotelis, eosque ordine disputationibus subjiciet., Sommersemester 1657

Hermannvs Conringivs D. Examine publico Paracelsicae Mediciniae peracto: dabit operam, ut doctrinam de Morbis thesibus inclusam & alia usui Artis Medicae commoda proponat., Sommersemester 1657

Hermannus Conringius D. quantum permiserint labores Politici, dabit operam, ut omnes affectus thoracis auditoribus exponat., Sommersemester 1658

Hermannus Conringius D. quaecunq; pertinere adhuc praeter ea, quae jam tum tradidit, videbuntur

ad exactam Regij status administrationem, addet, institutis simul animadversionibs. in N. Macchiavelli librum, quem de Principe inscripsit. Docet hora X., Sommersemester 1658

Hermannvs Conringivs absolvet primum quas ad calamum dictare coepit ad Machiavelli Principem Politicas Animadversiones. Deinde aggredietur accuratam transactionem quinque illorum, de quibus, ut recte observatum I. i. Rhet. c. 4. est Aristoteli, in omni republica solent plerumque deliberationes institui; initio facto a vectigalibus, sive recta ac prudente aerarij curatione, argumento omni reipubl. perquam necessario. Docet hora decima., Sommersemester 1659

[...] faltim aliquot publicis disputationibus gravissimos corporis humani affectus illustrabit, veris eorum causis & recta curandi ratione expositis., Sommersemester 1659

Hermannvs Conringivs, si per Politicos labores, quos instituere exigit adjunctum docendi munus, non poterit majus quid praestare, [...], Sommersemester 1659

Hermannvs Conringivs perget in publice habendis varijs exercitationibus Disputationum Medicarum. Nec alia ad usum Artem Medicam discentium facientia negliget, quantum quidem patitur simul ipsi incumbens publica Politices professio., Wintersemester 1659/1660

Hermannvs Conringivs simulac absolverit publicis dissertationibus pariter & chartis editis, quae in libro dudum affecto de Civili Prudentia hactenus desiderata jamque addi coepta sunt, de prudenti curatione aerarij docebit. [...], Wintersemester 1659/1660

Hermannvs Conringivs D. dabit operam, ut diaetetica Medicinae pars publicis praelectionibus illustretur., Sommersemester 1660

Herman. Conringivs simul absolverit, quae supersunt addenda libro de Civili Rudentia; cujusmodi sunt quae pertinent ad rationem Demonstrationum Politicarum, ad rectam methodum docendi ac discendi, ad prudentiae civilis particularis comparandae & exercendae viam, & denique ad censuram omnis generis scriptorum Politicorum quae Latina linguae leguntur: [...] publice vero aget de aerarij cura in rebuspublicis instituenda. Docet hora decima., Sommersemester 1660

[...] privatim auditores exercebit in Experientia Politica & modo per experimenta ad universalem scientiam Politicam perveniendi; [...], Sommersemester 1660

Hermannvs Conringivs ubi absolverit expositionem libelli Lampadiani de republ. Imperii Germanici, aliquot diatribas habebit de optimis quibusq; scriptoribus qui ad civilem comparandam prudentiam queunt usui esse, & mox perget in doctrina de recta Legum latione., Sommersemester 1661

Hermannvs Conringivs D. quantum per lectiones publicas Politicas licuerit, ea quae ad Semejoticam pertinent illustrabit., Sommersemester 1661

Hermannvs Conringivs D. Quantum licebit per politicas lectiones, docebit ea quae ad victus rationem pertinent., Wintersemester 1661/1662

Hermannvs Conringivs simul absolverit censuram scriptorum omnium Politicorum, atque adeo ultimam manum addiderit libro de Civili prudentia (quod fiet σὺν θεῷ propediem) perget docere de prudentia Legislatoria. [...] , Wintersemester 1661/1662

[...] Dabit etiam operam, ut prodeant in lucem Annotata in Libellum Lampadianum de republ. Imperii Germanici, & publicis Disputationibus exhibeantur., Wintersemester 1661/1662

[...] Privatim perget enarrare statum omnium insignium rerumpublicarum hujus aevi, in Europaeis imposterum versaturus, reliquis jam absolutis., Sommersemester 1662

Herman. Conringius simulac censuram instituerit omnium scriptorum Politicorum, publicis dissertationibus aget de communi republica Imperij Germanici, ad libellum V.A. Jacobi Lampadij; quem simul edito commentario illustrabit. [...] Docet hora decima., Sommersemester 1662

Herman. Conringius si licuerit per diatribas Politicas publicas aget de Diaeteticis. Saltim curabit

novam & locupletiorem editionem operis de Hermetica Aegyptiorum veteri & Paracelsicorum nova cum Philosophia tum Medicina., Sommersemester 1662

Hermannvs Conringivs D. plurimis negotijs impeditus secunda editione publicare suum de Hermetica Medicina opus, proximo semestri σὺν θεῷ idipsum faciet; [...] , Wintersemester 1662/1663

Hermannvs Conringivs perget in Lampadiani libelli de republica Imperij Romani & Germanici illustratione, cum differendo publice hora stata, tum edendo sua quaedam Annotata. [...], Wintersemester 1662/1663

[...] Quae omnia per vices publico etiam disputationum examini subjiciet., Wintersemester 1662/1663

[...] simulque auditoribus monstrabit, filum operis illius secutus, quid veri & falsi Paracelsica Medicinae insit., Wintersemester 1662/1663

Hermannvs Conringivs D. dabit operam, si per publicas diatribas Politicas lieceat, ut commodum aliquod argumentum Medicae artis discipulis proponatur., Sommersemester 1663

Hermannvs Conringivs ad librum Lampadianum perget differere de omnibus ad Imperij Germanici communem rempublicam attinentibus, monstrato simul usu praeceptorum civilis Philosophiae in iis quae recte quae secus sese habent. [...], Sommersemester 1663

[...] Propositum quoq. ipsi est, quemadmodum antehac omnes universi mundi quae nunc reperiuntur praestantiores respublicas enarravit domestica opera, ita respublicas singulares Germanicas cum Principatuum tum illustrium quarumque Vrbium, in quibus varia rerumpublicarum discrimina observantur, pernoscendas proponere., Sommersemester 1663

Hermannvs Conringivs strenue perget in illustratione tertiae partis libelli Lampadiani: quae tota versatur in descriptione Rei publicae communis Germanici Imperii: monstrato simul usu Politicorum praeceptorum circa singulas reipublicae illius partes., Wintersemester 1663/1664

Hermannvs Conringivs D. quantum licuerit per alias publicas lectiones diaetetica explicabit., Wintersemester 1663/1664

Hermannvs Conringivs D. quantum per Politicas praelectiones atque diatribas licebit, Medicae quoque artis studiosis commodum argumentum proponet, simulque suum de Hermetica Medicina opus secunda editione publicare aggredietur., Sommersemester 1664

Herman. Conringivs dabit operam ut brevi absolvat doctrinam de republica Germanici Imperii. [...], Sommersemester 1664

[...] Illam mox & publicis disputationibus examinandam curabit, editis suis ad Lampadii libellum commentariis pariter & libris aliis ejusdem argumenti. [...], Sommersemester 1664

[...] Ipsum quoque Politicum Aristotelis opus examini publico subjiciet: & nobiliora quaeque civilis Philosophiae loca illustrare aggredietur., Sommersemester 1664

Herman. Conringivs dabit operam pro virili, uti Paracelsicam Philosophiam pariter & [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Medicinam publicis disputationibus possit examinare., Wintersemester 1664/1665

Herman. Conringivs perget publicis dissertationibus illustrare alternatim cum Politicum Aristotelis opus, tum Lampadianum libellum de republica Imperij Germanici, [...], Wintersemester 1664/1665

[...] simulque illa publicis disputationibus examinanda proponere., Wintersemester 1664/1665

Hermannvs Conringivs D. si licuerit per negocia Vicerectoratus & Politicas lectiones, docebit Diaetetica., Sommersemester 1665

Hermannvs Conringivs, quamtum vis Vicerectoratus Academici molestiis multum occupetur, omnibus tamen horis vacuis perget Opus Politicum Aristotelis praelectionibus [...], Sommersemester 1665

[...] & disputationibus publicis illustrare: ut & similis argumenti libros edere., Sommersemester 1665

Herman. Conringivs Dogmata sectae Paracelsicae publicis disputationibus σὺν Θεῷ ventilabit. , Wintersemester 1665/1666

Herman. Conringivs absolvet primum quae supersunt explicanda Operis Politici Aristotelis. Mox de Regnorum omne genus differentiis ortu, mutationibus, interitu, & ratione conservandi quamlibet speciem, ex propria sententia docebit. [...], Wintersemester 1665/1666

[...] Privatis etiam exercitationibus differet de aerario recte constituendo, suosque ad Lampadium commentarios perget publicare., Wintersemester 1665/1666

Hermannvs Conringivs quantum licuerit per Politicas lectiones persequetur & hujus Artis exercitia., Sommersemester 1666

Herman. Conringivs perget docere de Judicijs in omni rerumpublicarum genere recte instituendis. Deinceps docebit, De re Nummaria prudenter in usum reipublicae componenda; tum perget ad quintum Politicorum Aristotelis illustrandum, vel aget de commercijs., Sommersemester 1666

Hermannvs Conringivs absoluta doctrina de Iudicijs docebit, quemadmodum res nummaria in usum reipublicae debeat institui, aut ad Lampadianum libellum perget agere de Imperii Germanici communi statu., Wintersemester 1666/1667

Hermannvs Conringivs, si per Politicas lectiones licuerit, instituet publicis disputationibus Paracelsicae medicinae examen., Wintersemester 1666/1667

Hermannus Conringius eam partem Operis sui de Hermetica Aegyptiorum vetere & Paracelsicorum nova Medicina, quae Paracelsicam Philosophiam & Medicinam omnem exponit, publicis disputationibus illustrabit., Sommersemester 1667

Herman. Conringius perget in dissertationibus de republica Imperii Germanici, secutus filum libelli Lampadiani: simulque edet porro suas in libellum istum Animadversiones., Sommersemester 1667

Herman. Conringivs si per Politicas dissertationes licuerit, & exempla operis de Hermetica Medicina Typographus reddiderit, Paracelsica omnia publico examini subjiciet., Wintersemester 1667/1668

Herman. Conringivs in libro J. Lampadij de republica Imperii Germanici publicis dissertationibus simulque vulgatis Annotationibus illustrando ita perget, ut σὺν θεῷ hoc semestri utilissimae pariter & amplissimae huic doctrinae sinis imponi possit. , Wintersemester 1667/1668

Hermannvs Conringivs, perfecto opere de republica Imperij Germanici nona ad Artem Medicam facientia publicis lectionibus pertractabit., Sommersemester 1668

Hermannvs Conringivs gravitate & prolixitate suscepti argumenti impeditus, cum diligenti quam vis opera omnem de Republica Germanica doctrinam absolvere hactenus non potuerit, illi perficiendae proximum unum atque alterum saltim mensem impendet; daturus operam ut non docendo minus quam edendis suis ad Lampadianum libellum Annotatis, & officio pariter suo & plurimorum desiderio satisfiat., Sommersemester 1668

Hermannvs Conringivs quoniam in gratiam auditorum nonnihil longius immorari gravioribus & minus notis Imperii rebus coactus, nondum potuit, ceu instituerat, absolvere omnem illam nobilem doctrinam, quod reliquum ejus est, de administratione nempe rerum civilium quarumcunque, deinceps adjiciet., Wintersemester 1668/1669

Hermannvs Conringivs finitis suis ad Lampadium dissertationibus publicis, nonnihil temporis impendent Artis Medicae praelectionibus., Wintersemester 1668/1669

Herman. Conringivs editum secunda vice multumq. locupletatum opus suum de Hermetica Medicina, quantum per Politicas lectiones licuerit, studiosae juventutis usibus accommodabit: quo omnis Paracelsica & Chemicorum doctrina justa lance possit ponderari., Sommersemester 1669

Herman. Conringivs propediem doctrinam de Republica Imperii Germanici ad finem perducet. Deinceps aget de principiis omnis juris cum Naturalis & Positivi; via strata ad doctrinam de Legibus in omni Republica prudenter ferendis. Docet hora decima., Sommersemester 1669

Herman. Conringivs jam absoluta doctrina de republica Imperij Germanici, proposuerat quidem statim aggredi Tractationem de Principijs Iuris, atque ita progredi ad Prudentiam Legislatriam; consultum tamen duxit praemittere libellum de Notitia singularis reipublicae, argumento summe utili, imo necessario omnibus in reipublicae actibus versaturis., Wintersemester 1669/1670

Hermannvs Conringivs D. postquam finem imposuit iteratae & multis modis locupletatae editioni Hermerici fui operis, dabit operam, ut omnis doctrina Chemicorum, juxta ductum libri secundi, Academico examini publico subjiciatur., Wintersemester 1669/1670

Herman. Conringivs perget in tradenda Notitia singularis reipublicae: argumento ad praxin Politicam omnem apprime utili, hactenus tamen a doctoribus neglectius habito. Docet hora decima., Sommersemester 1670

Herm. Conringius, nisi Politicae dissertationes publicae fuerint impedimento, aget de praeparatione chemica medicamentorum., Sommersemester 1670

Herman. Conringivs quantum licebit per ea quae in Politicis sibi agenda incumbunt, ad Paracelsicae doctrinae examen impendet., Wintersemester 1670/1671

Hermannvs Conringivs ad finem perducta doctrina de Notitia singularis cujusque reipublicae, docebit Prudentiam Legislatoriam fine a respublica feliciter regi potest., Wintersemester 1670/1671

Herman. Conringivs D. Vbi liberatus fuerit molestiis Academici Prorecturatus, quantum Politicae lectiones publicae permiserunt, vacabit Medicis., Sommersemester 1671

Herman. Conringivs ubi defunctus fuerit quem nunc administrat Academiae Prorectoratu, qui plenus perpetuarum molestiarum gratissimum docendi munus obire prohibet, nihil habebit prius, quam promissam de prudente ferendarum Legum ratione doctrinam prosequi., Sommersemester 1671

Herman. Conringivs ceptas de paranda in republica rerum omnium sufficientia ubi absolverit, aggredietur promissam pridem doctrinam de prudente legumlatione & juris omnis principiis., Wintersemester 1671/1672

Hermannvs Conringivs si vacaverit per lectiones Politicas aggredietur examen Paracelsicorum maxime famosorum medicamentorum., Wintersemester 1671/1672

Hermannvs Conringivs D. si quod tempus labores ordinarij Politici concesserint, impendet Medicis exercitationibus., Sommersemester 1672

Hermannvs Conringivs statim a ferijs Paschalibus aggredietur doctrinam de recta ratione ferendarum Legum eamque aestate proxima σὺν θεῷ persequetur. , Sommersemester 1672

Herman. Conringivs perget in docenda Prudentia Legislatoria. Docet hora decima, Wintersemester 1672/1673

Hermannvs Conringius quantum Politices docendae munus permiserit, curabit etiam Medica, cum legendo, cum disputando, aut Medici argumenti, libros edendo., Wintersemester 1672/1673

Hermannvs Conringivs perget in proponenda doctrina de Legislatoria prudentia, simulque Exercitationes suas de Republica Imperii Germanicis, quas jam recenset & denuo edit, publice examinandas exhibebit., Sommersemester 1673

Hermannvs Conringivs, si licuerit per Politicae Professiones negotia, Disputationes aliquot publicas habebit de Chemicorum Philosophia & Medicina., Sommersemester 1673

Herman. Conringivs D. si per Politicas licuerit, aggredietur doctrinae Paracelsicae publicum examen., Wintersemester 1673/1674

Hermaannvs Conringivs. perget in dissertationibus publicis de mutationibus rerumpublicarum: simulque propediem absolvet editionem suarum de republica Imperij Germanici Academicarum Exercitionum., Wintersemester 1673/1674

Herman. Conringivs, si visum fuerit expedire commodo studiosae juventutis, partem proximi semestris impendet dissertationibus de Paracelsica medicina, nonnihil sepositis Politicis., Sommersemester 1674

Hermannus Conringius perget in illustranda doctrina de mutatione & conservatione omnis generis rerumpublicarum, juxta filum Aristotelici libri quinti Politicorum. [...], Sommersemester 1674

[...] Domi quoque privata opera docebit auditores, ea quae de republica Imperii Germanici libro suo Exercitationum novissimo est perfecutus, Sommersemester 1674

Hermannvs Conringivs D. si licuerit per Politicam de republica Imperij Germanici doctrinam, in qua jam versatur, ea quae de Paracelsica medicina tradidit in Hermeticis suis illustrabit., Wintersemester 1674/1675

Herman. Conringivs perget in dissertationibus de republica Imperii Germanici, juxta ductum ab se hoc anno publicati operis Exercitationum Academicarum., Wintersemester 1674/1675

Hermannvs Conringivs perget publicis dissertationibus illustrare quae supersunt hactenus intacta in tribus ultimis Exercitationibus de republica Imperij Germanici: iisque addet potiora quaeque jam tum ad Lampadium Annotata. Docet hora decima., Sommersemester 1675

Hermannvs Conringivs quia occupatur nunc Exercitationum suarum de Republica Imperij Germanici publica illustratione, cogitur differre Medicas diatribas in tempus commodius, Sommersemester 1675

Hermannvs Conringivs ubi absolverit publicas dissertationes de Republica Imperii Germanice, docebit methodum accurate cognoscendi rempublicam quamvis singularem, quod caput est omnium in republica deliberationum., Wintersemester 1675/1676

Hermannvs Conringivs, non deerit Artis Medicae studiosis operam suam desiderantibus: cogetur tamen horam dicatam publicae ἀκροάσει impendere Politicis., Wintersemester 1675/1676

Hermannvs Conringivs impeditus publice docere quae ad Artem faciunt, dabit operam, uta sese hujus argumenti aliquid in usum communem elaboretur., Sommersemester 1676

Hermannvs Conringivs in usum publicum nona, illustrantia statum Imperij Germanici, ut & methodum noscendi intima quaevis cujuslibet reipublicae, absolvet, cum scribendo tum differendo., Sommersemester 1676

Herman. Conringivs D. quantum patietur quo simul fungitur, munus docendi ea quae ad civilem Philosophiam & Rempublicam Imperii attinent, & ore & scripto tradet nona quae sund Medici argumenti, faltim denuo edet suam in Artem Introductionem, nova curo locupletatam., Wintersemester 1676/1677

Hermannvs Conringivs ubi absolverit coeptas de Pace Imperii publica, ut & de Constitutione Romanorum Pontificum ac Cardinalibus, dissertationes, perget ad doctrinam maxime in omni reipublicae comparanda., Wintersemester 1676/1677

Hermannvs Conringivs initio pergetin dissertationibus de Pace publica Imperij, juxta leges Civilis Prudentiae arbitranda. Deinde denuo aget de Notitia Politica cujuslibet singularis reipublicae,

quemadmodum illa possit comparari., Sommersemester 1677

[...] Hermannvs Conringivs suam Introductionem in Artem Medicam, si Deus faverit, nova editione accurabit & illustrabit., Sommersemester 1677

Hermannvs Conringivs si per valetudinem minus prosperam licuerit, id quod nuper promisit reapse praestabit, sua in Medicam Artem Introductione in usum studiorum expolienda & illustranda., Wintersemester 1677/1678

Hermannvs Conringivs recuperata valetudine docebit ea quae ad rempublicam Imperii attinent, & quidem facto compendio., Wintersemester 1677/1678

Hermannvs Conringivs, simulatque melior valetudo faverit, prodibit in publicum. Interea apparabit omnia quae requruntur ad instituanedas Exercitationes de republica Imperij Germanici, & illustrationem Antiquitatem Germanarum, cumprimis ea quae Politicae sunt considerationis tractaturus., Sommersemester 1678

Hermannus Conringius, ubi valetudo fuerit restituta & redditum aliquid otij, novam Introductionis suae in Artem Medicam editionem aggredietur, aliave qua poterit, opera Studiosos Artis adjuvabit., Sommersemester 1678

Hermannvs Conringivs, restituta in integrum valetudine, suam in Artem Medicam Introductionem denuo illustrabit., Wintersemester 1678/1679

Herman. Conringivs, ubi valetudinem recuperaverit, non deerit officio suo in docendo ea, quae attinent Philosophiam Politicam pariter & Notitiam Imperii Germanici., Wintersemester 1678/1679

Hermannus Conringius ubi defunctus fuerit molesto Prorectoratus munere, & valetudine nonnihil benigniore usus, non deerit huic etiam suae Professioni Politicae., Sommersemester 1679

Hermann. Conringius recuperata integra valetudine, & Vicerectoratu Academico deposito, faciet officium suum etiam in reliquis., Sommersemester 1679

Herman. Conringius, qua valetudo spem brevi recuperandae integritatis jam facit, proposuit, propediem rursus docere τὰ πολιτικὰ & quidem nobilissimam de Regno doctrinam, filum secutus Aristotelicum; simulque suas de republica Imperii Germanici Exercitationes denuo instituere, si studium hoc eximii juvenes diligentia sua excitaverint. , Wintersemester 1679/1680

Herman. Conringius quantum licuerit per senectutem pariter & incommodam valetudinem impendet non Politicis duntaxat sed etiam Medicis exercitationibus., Wintersemester 1679/1680

Herman. Conringius. Si, quemadmodum incipit, faverit porro pristina valetudo, hujus proximae aestatis vacuas sibi horas Exercitationibus quoque Medicis impendet, & quidem cumprimis illustrationi suae in Artem Medicam Introductionis pridem editae., Sommersemester 1680

Herman. Conringius Simulac per valetudinem licuerit, publicas instituet Exercitationes de praecipuis capitibus Reipublicae Imperij Germanici: statim quoque post ferias Paschales σὺν θεῷ proponet Introductionem in Politicam rerum cognitionem, praeprimis vero in Notitiam reipublicae Germanicae. , Sommersemester 1680

Herman. Conringius absoluta Introductione in Notitiam Imperii Germanici rerum, σὺν θεῷ aget de republica antiqua populorum Germanicorum, secutus libellum Taciti de Moribus Germanorum. , Wintersemester 1680/1681

Herman. Conringius D. nisi morbi aut alia negotia Academica impediant, Introductionem suam in Artem Medicam publicis dissertationibus illustrabit, novaque simul ejus editione procurata., Wintersemester 1680/1681

Hermannus Conringius sperat, restitutis nonnihil jam commerciis, novam denique editionem Introductionis suae in Artem Medicam posse procurari. Quantum porro valetudo & senectus

permiserit, juventutem Academicam opera & fideli consilio adjuvabit; si praesertim illa id expetierit., Sommersemester 1681

Hermannus Conringius Quantum licebit per Valetudinem, Politicam Philosophiam doctrinamque omnem promovebit, [...], Sommersemester 1681

[...] cumprimis fideli manuductione juventutis Academicae etiam domestica, si quidem illa fuerit desiderata., Sommersemester 1681

Herman. Conringius Propter quinquaginta amplius annorum in hac Academica Julia Professionem publicam, a Serenissimis Principibus liberatus a docendi ordinario munere, consilio tamen & opera non deerit industrio cuivis juveni., Wintersemester 1681/1682

Herman. Conringius Quinquaginta amplius annorum publicae professionis respectu a Serenissimis Principibus quasi rude donatus, simulque senio & perpetius morbus fractus, more solito docere quidem nequit, nemini tamen consilium petenti deerit, scribendo eitam studiorum culturam pro virili persequetur., Wintersemester 1681/1682

## Dissertationen (231)

De Iudiciis In Republica Recte Instituendis Aphorismi Centum Politici , 24.01.1666. VD17 1:001637S

De Privilegiis recte Conferendis, Et Revocandis Disquisitio Academica, 31.01.1669. VD17 23:237561A

De Prudentia Peregrinandi Disquisitio Politica, 1663. VD17 1:005340W

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum octava, 30.09.1642. VD17 23:682499D

Aristotelis Politicorum Paratitla, 11.08.1677. VD17 23:324205M

De Maiestate Civili Dissertatio Academica, 30.09.1677. VD17 23:251995C

De calculo renum et vesicae Disputatio medica, 29.02.1656. VD17 23:238611C

De vita et morte Disputatio physiologica, 18.01.1645. VD17 23:636166W

De Dominio Eminente Summae Potestatis Civilis Dissertatio Politica, 26.05.1677. VD17 23:237532P

De Septemviris Seu Electoribus Germanorum Regni Et Imperii Dissertatio, 07.09.1644. VD17 23:258136H

De Dominio Maris Exercitatio Academica, 31.08.1676. VD17 23:237529L

De Differentiis Regnorum Disputatio Politica, 30.09.1655. VD17 12:155765N

Dissertatio De Contributionibus, 1675. VD17 12:145526E

De Importandis Et Exportandis Dissertatio Politica, 1673

De Inflammatione Hepatis  Disputatio Medica , 11.11.1656. VD17 23:238614A

De Maiestate Eiusque Iuribus Circa Sacra Et Profana Potissimis Exercitatio Politica, 27.01.1669. VD17 12:145520K

Dissertatio De Officialibus Imperii Romano-Germanici, 23.10.1669. VD17 1:004575L

De Legatione Disquisitio Politica, 31.05.1668. VD17 3:320784R

De Causa Iudiciorum Efficiente Materiali Et Finali Aphorismi Politici , 31.05.1667. VD17 14:066007F

In Iustini Historici Libri Primi Caput II. Et Sequentia Usque Ad Finem Exercitationes IX., 28.02.1666. VD17 3:021833D

De Comitiis Imperii Romano-Germanici Dissertatio, 09.05.1666. VD17 23:249023Z

De Commerciis Et Mercatura Dissertatio Politica, 30.09.1666. VD17 23:235976H

De Pleuritide  Disputatio Medica Inauguralis, 30.11.1654. VD17 547:686713Q

De Praecipuis Negotiis In Comitiis Imperii Germanici Olim Et Hodienum Tractari Solitis Dissertatio , 05.05.1666. VD17 23:248750E

De Morbo Hypochondriaco Disputatio Medica Inauguralis, 30.09.1662. VD17 3:020860W

De Legibus Dissertatio Philosophica, 31.08.1666. VD17 12:143273Q

Disputatio De Vectigalibus, 31.05.1665. VD17 23:248701E

De Recta In Optima Republ. Educatione Dissertatio Politica, 18.03.1665. VD17 23:238593Q

De Importandis Et Exportandis Dissertatio Politica, 31.07.1665. VD17 3:305901S

In Iustini Historici Praefationem, Et Libri Primi Caput Primum Exercitationes II., 31.07.1665. VD17 1:001639G

De Scorbuto Disputatio Medica inauguralis, 23.07.1644. VD17 23:238333Q

De Aerario Boni Principis Recte Constituendo Augendo Et Conservando Dissertatio Politica, 31.07.1663. VD17 1:009356R

De Vectigalibus Disputatio Politica, 31.03.1663. VD17 1:001654G

De Bello Et Pace Disputatio Politica, 31.03.1663. VD17 1:001650B

De Militia Lecta, Mercenaria Et Socia Discursus Politicus, 31.03.1663. VD17 23:250692K

De Febre Maligna Vulgo Dicta Ungarica Disputatio Medica Inauguralis, 30.06.1668. VD17 39:157264M

De Melancholia Disputatio Medica Inauguralis, 14.07.1659. VD17 23:248709R

De Nomothetica, Seu Recta Legum Ferendarum Ratione, Et In Specie De Legum Constitutione In Imperio Germanico Dissertatio Politica, 30.09.1663. VD17 23:248705L

De Civitate Nova Disputatio Politica, 31.08.1662. VD17 3:683376S

De Re Nummaria In Republica Quavis Recte Constituenda Disputatio Politica, 28.02.1662. VD17 12:170348L

De Morbis Ac Mutationibus Oligarchiarum, Earumque Remediis Exercitatio Politica, 31.08.1661. VD17 12:134793F

De Legatis Disputatio Politica, 22.12.1660. VD17 3:308536R

De Incantationis Circa Morbos Efficacia Disputatio Inauguralis Medica , 10.11.1659. VD17 23:238682F

De Podagra Disputatio Medica Inauguralis, 14.06.1659. VD17 23:238704Z

De Phrenitide Disputatio Medica Inauguralis, 09.01.1645. VD17 14:692540M

De Republica Antiqua Veterum Germanorum Exercitatio Historico Politica, 31.03.1654. VD17 23:258251P

De Aquis Disputatio Philosophica Ac Medica, 1680

De Terris Disputatio Medica Inauguralis Ac Medica, 1678

De Peripneumonia Disputatio Medica Inauguralis, 28.12.1676. VD17 12:165981K

De Fermentatione Disputatio , 1672

De Ratione Curandi Inflammationes Commentariolum In Cl. Galeni Lib. XIII. Meth. Med., 1662. VD17 39:163815E

De Scorbuto Disputatio Medica Inauguralis, 07.07.1659. VD17 32:671420G

De Peste Disputatio Inauguralis Medica, 31.10.1659. VD17 23:238668P

De Gravissimo cordis affectu Syncope Disputatio Medica Inauguralis, 30.11.1652. VD17 23:238546E

De Civitate In Genere Considerata Exercitatio Politica, 1653. VD17 23:247557T

De Republica In Communi Dissertatio Politica, 31.08.1653. VD17 23:256540G

De Optima Republica Exercitatio Politica, 24.01.1652. VD17 1:001631W

De Boni Consiliarii In Republica Munere Exercitatio Politica, 29.02.1652. VD17 23:258211N

De Rebuspublicis In Genere Disputatio Politica, 30.04.1651. VD17 12:145556Z

De Ratione Status Dissertatio, 26.03.1651. VD17 1:001587U

De Regno Dissertatio Politica, 1650. VD17 23:256061A

De venaesectione Disquisitio, 03.05.1651. VD17 75:652540Y

De Maiestate Imperantium Disputatio Politica, 15.01.1648. VD17 23:256589B

De Imperatore Romano Germanico Exercitatio, 08.05.1641. VD17 23:255163S

De Politia Sive Republica Hebraeorum  Exercitatio, 08.04.1648. VD17 1:001633M

De Maiestatis Civilis Autoritate Et Officio Circa Sacra Exercitatio Politica, 20.12.1645. VD17 1:007165V

De Ducibus Et Comitibus Imperii Germanici Exercitatio, 05.07.1643. VD17 23:255203H

De Legibus, 28.01.1643. VD17 1:007104Y

De Democratia Dissertatio Politica, 04.03.1643. VD17 23:255189A

De Oligarchia Disputatio Politica, 26.09.1643. VD17 23:255207P

De unitate et distinctione scientiarum, 29.05.1635

De Germanici Imperii Civibus Exercitatio , 17.03.1641. VD17 23:255152C

De Urbibus Germanicis Exercitatio, 22.12.1641. VD17 1:007157D

De Regno Et Tyrannide Disputatio Politica, 03.10.1640. VD17 1:007095K

De Morbis Ac Mutationibus Rerumpublicarum Dissertatio Politica, 01.07.1640. VD17 23:256040E

De Rebuspublicis In Genere Disputatio Politica, 26.06.1639. VD17 23:255133X

De Politia Sive Republica In Specie Sic Dicta  Exercitatio Politica, 31.01.1652. VD17 23:258223K

De Iure Disputatio Philosophica, 18.10.1637. VD17 3:308530V

De Causa Iudiciorum Efficiente Materiali Et Finali Aphorismi Politici, 1680. VD17 14:066007F

De Capitulatione Caesarea Dissertatio Iuris Publici, 20.10.1675. VD17 23:237530Y

De civili prudentia, 02.03.1650. VD17 23:256067W

Theses Miscellaneae excerptae ex cap. I & II libri De Civili Prudentia ..., 29.03.1651. VD17 547:691131M

De Maritimis Commerciis Dissertatio Politica, 27.03.1680. VD17 23:237531F

De Aquis Disputatio Philosophica Ac Medica, 05.01.1639. VD17 32:634716N

De Necessariis Civitatis Partibus Dissertatio Politica, 04.06.1679. VD17 23:250700R

De Prudentia Peregrinandi Disquisitio Politica, 10.10.1663. VD17 1:005340W

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum nona, 09.11.1642. VD17 23:682500G

Quaestionem De Summae Potestatis Subiecto Pro ingenii modulo elaboratam, 17.11.1649. VD17 1:007148E

De Mutationibus Rerumpublicarum Disputatio Politica, 21.03.1635. VD17 1:001627L

Quae Est Altera De Principiis Rerum Naturalium Disputationum Physicarum Quarta, 31.01.1638. VD17 14:645435K

De Subiectione Et Imperio Disputatio Politica, 02.04.1635. VD17 23:248603Q

De Ortu Et Mutationibus Regnorum Theses Politicae, 01.05.1658. VD17 1:005330Q

De Vita Et Morte Disputatio Physiologica, 18.01.1645. VD17 23:636166W

De Senatu Liberarum Rerumpublicarum Ex Politicis Dissertatio Academica, 30.06.1681. VD17 1:002213F

De Constitutione Episcoporum Germaniae Exercitatio, 26.05.1647. VD17 23:322860M

De Iudiciis Reipublicae Germanicae Exercitatio, 10.04.1647. VD17 23:258142K

De Conciliis Et Circa Ea Summae Potestatis Auctoritate Exercitatio Historico-Politica, 18.05.1650. VD17 3:308533T

De chymicis principiis corporum naturalium Disputatio physiologica , 03.10.1638. VD17 547:694096W

De aquis Disputatio philosophica ac medica, 26.01.1639. VD17 75:652488E

De terris Disputatio philosophica ac medica, 15.12.1638

De difficili respiratione Disputatio medica, 29.06.1639. VD17 14:645436S

De sanguinis generatione et motu naturali  Exercitationum prima, 24.10.1640. VD17 23:682472N

De nutritione hominis Disputatio prima, 30.11.1639. VD17 3:319995B

De sanguinis generatione et motu naturali  Exercitationum secunda, 14.11.1640. VD17 23:682475L

De sanguinis generatione et motu naturali  Exercitationum quarta, 19.12.1640. VD17 23:682492A

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum tertia, 28.11.1640. VD17 23:682477A

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum quinta, 1641. VD17 23:682496F

De variolis et morbillis Disputatio medica, 07.10.1641. VD17 23:238229Y

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum sexta, 06.03.1641. VD17 23:682496F

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum septima, 06.07.1642. VD17 23:682497P

De sanguinis generatione et motu naturali Exercitationum decima, 1642

De palpitatione cordis Disputatio medica, 05.08.1643. VD17 23:636170G

De lacte  exercitatio physiologica, 11.09.1649. VD17 23:688359Y

In universam artem medicam singulasque eius partes Introductio, 03.05.1654. VD17 12:130904Y

De epilepsia Disputatio medica, 30.09.1656. VD17 32:668682Z

De Fermentatione Disputatio, 28.02.1657. VD17 12:180153W

De incubatione in fanis deorum medicinae causa olim facta Exercitatio philologico-medica, 31.07.1659. VD17 547:630008R

De Maiestatis Civilis Autoritate Et Officio Circa Sacra Exercitatio Politica, 1678. VD17 1:009358F

De Civili Philosophia Eiusque Optimis Ac Praecipuis Scriptoribus Dissertatio Politica, 11.01.1673. VD17 23:251650X

De Apoplexiae Natura Causis Et Curatione Disputatio Medica, 24.12.1640. VD17 7:684053U

De Epilepsia Disputatio Medica, 28.07.1642. VD17 23:238237Q

De Peripneumonia Disputatio Medica Inauguralis, 30.07.1644. VD17 23:238354L

De Paralysi Disputatio Medica, 23.07.1644. VD17 23:238327P

De Vertigine  Disputatio Medica, 31.12.1650. VD17 12:180477F

De Calculo Renum Et Vesicae Disputatio Medica, 1672

De Hydrope Ascite Disputatio Medica, 30.12.1650. VD17 70:676010A

